



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Petro Aldobrandino S. R. E. Diacono Cardinali Amplissimo Cæsar Baronivs
Felicitatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

PETRO ALDOBRANDINO

S. R. E. DIACONO CARDINALI
AMPLISSIMO

CÆSAR BARONIVS FELICITATEM.



Exigit à me, Cardinalis Amplissime, pristina consuetudinis usus, simulque prestans tua dignitas ad-
monet, ut sextum hunc Annatum Tonum Summo Pontifici oblatum, eiusque benedictione signa-
tum tibi primum tradam, qui eidem sacra ministerio functionis proxime aces, & sanguinis neces-
situdine conuictor heres, atque laborum participatione una coniungaris: idque eo libentius, quod
sciam veterum diaconorum exemplo, & inter alios eius cuius tu nomen & manus geris, Petri S. Gre-
gorij Papa diaconi eiusdem ordinis Dei ministros non in sacris tantum, sed in re etiam literaria Ro-
manis Pontificibus assistisse, si quando ab ingrèntium negotiorum turbâ cessare liceret. Quid enim gratius & honestius,
atque homine Ecclesiastico dignius, quam si de Ecclesiæ antiquitatibus disseras, secundum illud Ecclesiasticum: Sapientia
omnium antiquorum exquirere scripturas? Exemplo igitur Petri diaconi S. Gregorium pie interrogantis & arguente quaerenti-
bus, elicientisque è sapientia promptuario per dialogum diuina responsa, Patrem cum interrogas, dicit tibi, & patrum
dum interpellas, annuntiabit tibi, serique tui cui ministerio assistis, ipse magister tibi prosit, beneque versa vice, modo
Clemens Petrum Ecclesiasticis instruat institutis, cum olim à Petro Clemens in idem fuerit eruditus. Cui quidem & eo ni-
hil fuit antiquius, quam ut te à puero optimis moribus institueret, & veluti in purissima cera, in optima indole omnium
virtutum imagines efformaret: quod quam felicissime sit asseruit, testes nos omnes sumus, qui nouella planta primiti-
tas degustauimus toto illo anni curriculo, nobis autumno perpetuo, quo te apud nos reliquit idem patrum tuus tunc S. R. E.
Cardinalis, cum honorificentissima legationis munere à Sixto Pontifice & Poloniam mitti creuit.

Sirgitur tanta luce adolescentie tue matutina crepuscula micauerunt, qualem decet iuuentutis expectare meridiem,
cum presertim fulgur tanta accesserit dignitatis? Quo nomine magna plane abs te diacono Paulus Apostolus, & prescri-
bens legem diaconis, exigit? & iure quidem: nôscimus enim quæ deus tradat martyr Genatius scribens ad Trullanos:
Quid, inquit, diaconi, nisi imitatores Angelicarum virtutum, Deo ministrantes ministerium purum & immaculatum,
ut S. Stephanus B. Iacobo, Timotheo, & Linus Paulo, Anacleto & Clemens Petro? Cum vero tanta hæc à quibuslibet
etiam minorum Ecclesiarum diaconis requirantur: qualis præstanda putas à diacono primaria totius Orbis Ecclesiæ?
Satis est illis si ad illustrandas suas, quibus ministrant, paratas Ecclesias, positi sint super candelabra ardentes lacernæ:
ad illuminandam autem illam, quæ suâ amplitudine continet omnes, quotquot sunt in Orbe Fideles, plantæ committit esse
Solem: unde merito & summo illo gloria titulo ydem decorantur, ut etiam illustissimi nominentur.

Ad hæc tanta præstanda cum multis suadent atque prouocent domestica te tamen exempla compellant, Ioannis in
primis patrum tui S. R. E. dignissimi Cardinalis, in quo tanquam in antiqua probitatis vino reddito exemplari virtutes
omnes unâ cum doctrina incomparabili miro decore subere, in super & eius germani, tui vero institutoris & promot-
oris Hippolyti, ysaie plantæ virtutum atque scientiæ, sed longè maioris dignitatis, nempe Pontificatus maximi insignibus
exornati: cuius merita si ex diuini iudicij compensatione perpendas, cum seruis bonis atque fidelis sit ille quem Dominus
super multa constituit, plane optimus & fidelissimus habendus est ipse super omnia bona sua à Domino constitutus. Ho-
rum tu consecræ vestigia: quæ cum calum versus esse directa, & longioribus semper spatij, ut festinantium esse
solerit leniter humi pressa vides: tibi magis magisque, in dies velocius currendum esse, ut eos assequaris in-
telligis. Hanc à se te tui amantissimo cum munere etiam admonitionem
accipere grato animo, ne recuses.

Vale.

